



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. III. Ad cap. III. De off. Archidiac.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

## CAP. III.

## Ad cap. III. De off. Archidiac.

## S U M M A R I A.

- |                                  |                                 |
|----------------------------------|---------------------------------|
| 1. Vera inscriptio Compil. pri-  | 4. Similia, pro, cimilia, cime- |
| mæ.                              | lia.                            |
| 2. Capitulum petitum ex registro | 5. Rerum sacrarum custos archi- |
| Gregorii M.                      | diaconus.                       |
| 3. Verba prime compilationis eo- | rumq; emendatio.                |

**I**nscriptio in compilatione primâ est: *Gregorius Hononsto Archiepiscopo Salon. MStus Salanus Archidiacono Salernitano.* Et pto Comita vetus Terraconensis, teste A. August. In veteribus libris est; *pil. prime.*  
*Gregorius H. Diacono Salonicano, editio Thomae de Blavis de anno 1489. Gregor. III. Archid. g. alomi.* Contius habet *Gregorio III. Archidiacono Salonicano.* Retinenda omnino lectio: *Gregorius Hononsto Archidiacono Salonicano ex epistolâ decimâ lib. i. registri Gregorii.* Agitur autem de controversiâ inter Natalem Episcopum & eundem Honoratum lib. 2. Epist. 16. registri, unde desumtus *can. 8. dist. 74.* cuius initium est: *Honoratus Archidiaconus Salonicane Ecclesiae, & lib. 1. Epist. 19.* ex quâ est *dist. 74. can. 2.* ut habet *petitum ex jam à nobis allegatus A. Augustinus,* quem exscribunt hîc Gregoriani. Ita verò habet prima compilatio.

*Gregorii M.*

*Ea, quæ nos (lege; nobis) contra vos, tu, & Episcopus tuus (ad- Verba pri- ditur quibusdam exemplaribus, contraria direxistis &c.) direxistis mæ compi- scripta, doluimus, agnoscentes, quod nihil inter vos caritas recogno- lationis, eo- scit; Veruntamen in officio ordinis tui te administrare præcipimus, rumque ut si illic potest superante gratiâ causa vestri scandali diffiniri, mul- emendatio- tum credimus anime vestre adquisisse: Si verò ita inter Vos discor- dia partes suas armavit, ut in tumore (timore, registrum) scandali, voluntas vestra debeat manere, tu ad nostram audientiam indifferen- ter occurre, & Episcopus tuus pro se dirigat, quam elegerit personam instructam, ut omni subtili ratione perpensâ, quæ visa fuerint parti- bus audire (constituere) debeamus. Scire te vero volumus quod à*

F 2 te

*te districte quæsturi sumus, que vel propria Ecclesiæ, vel ea quæ diversis Ecclesiis similia.* (Hæc vox mira lectionum monstra peperit: *procimilia, Cimimilia MSti Salani: Editio de Blavis Veneta: Cinimilia, alii, cimelia.* Legendum: cimelia, id est, pretiosa, κειμήλιον, suppellex pretiosior & quæ reponi meretur, unde & nomen, κειμηλια, repositum esse. Intelligit vasa sacra & alia Ecclesiæ ornamenta, donaria, thesaurum Vide lib. 2. c. 16. Registri) sunt collecta, non (num) sub omni sollicitudine & fide servantur (serventur.) Quod si quid ex eis vel negligentia, vel cujusquam fraude deperiit, tu hoc reatu adstringeris (tu tanto magis in hoc reatu constringeris quanto. Barcinon) & reliqua. Addi potest data ex registro: quæ habet: *Dat. mense Novembri, indictione nona, anno primo.* Nimirum res sacræ universæ erant sub custodiâ Archidiaconi, uti & cura relictos Archidiacon. reliquiarum. Gregorius Turonensis lib. 10. c. 1. testatur, à Gregorio, tum Archidiacono Pelagii se reliquias per Diaconum petiisse. Etiam translatio reliquiarum ad eum spectabat, ut idem Turonensis de glor. Confess. c. 86.

## C A P. IV.

## Ad cap. X. de off. Archidiaconi.

## S U M M A R I A.

- |   |  |
|---|--|
| 1. <i>Inscriptionis emendatio.</i>            | 7. <i>Non nisi semel in anno debita.</i>   |
| 2. <i>Abbatia Arimarensis ubi.</i>            | 8. <i>Circada.</i>   |
| 3. <i>Hypothesis capituli.</i>                | 9. <i>Monasteria procurant Visitatores, nisi exemptionem imperarunt.</i>   |
| 4. <i>Monaster. S. Pierre Levif.</i>          | 10. <i>Ballivia, ballia.</i>   |
| 5. <i>Procuratio quid.</i>                    | 11. <i>Canonici majores &amp; minores.</i>   |
| 6. <i>Archidiaconi visitantis procuratio.</i> | <b>I</b> nscriptio apud Raymundum habet: <i>Abbatia Ariminensi: Sed scribendum ex compilatione V. Arimarensi.</i> Est abbatia in diœcesi Trecensi, ordinis S. Benedicti, Monstier-ramey. <i>Sirmond. ad Petrum Cellensem Epist. 2. lib. 2. Abbas S. Petri dene-</i><br><i>gabat procurationem annuam monasterio S. Petri. Compilatio V.</i><br><i>Sancti Petri vivi. Vocatur enim hoc monasterium, S. Pierre le</i><br><i>vif.</i> |

Inscriptio-  
nis emen-  
datio.Abbatia A-  
rimarensis,  
ubi.Hypothesis  
capituli.

## Monast. S.